

www.libtool.com.cn



Vincenzo Bonaberto Wiggi ex Cand. Reg. del S. Salvatore
XLVI. — 17. — Proposto della Cattedrale di Piacenza


www.libtool.com.cn

cf. Biblioteca 2055/6

Ulrich Middeldorf

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn



OMNIVM CAESARVM
VERISSIMAE IMAGINES EX
ANTIQVIS NVMSMATICIS
DESVMPTAE


ADDITA PER BREVI
CVIVSQVE VITAE DESCRIPTIONES
AC DILIGENTI EORVM,
QVAE REPERIRI POTVERVNT
NVMSMATICVM, AVERSAE PARTIS
DELINEATIONE.

LIBRI PRIMI,
EDITIO ALTERA.

AENEASVICVS PARM. F.
ANNO. M D L I I I .

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn



The page is framed by an elaborate border of classical figures. At the top center is a medallion containing a profile of a man, with the inscription 'CAESAR IMP' around it. Flanking the medallion are two winged female figures. The sides of the border are decorated with various figures, including a man on the left and a woman on the right, both holding staffs or scepters. The bottom of the border features a large, ornate archway. The text is centered within this frame.



FVISSE TRADITVR
IVLIVS CORPORE PROCE-
RO, AC MACILENTO; COLO-
RE CANDIDO, NIGRIS, VEGE-
TIS, MICANTIBVSQVE OCV-
LIS. CALVVS ETIAM, CAPITISQVE
DOLORIBVS SÆPIVS AFFECTVS.
ARMORVM OMNIS GENERIS, NEC
NON EQVITANDI PERITISSIMVS;
IN OBÆVNDIS EXPEDITIONIBVS.
MATVRVS, CIRCA CORPORIS
CVRAM MOROSIOR.
REGNAVIT TRIBVS, PERIIT SEX-
TO, ET QVINQVAGESIMO
ÆTATIS SVÆ ANNO.



LNGENITA C. Iulii Caesaris naturæ uir-
 tus, bonarum artium studiis, ac patriæ moribus
 excitata, hostibus primum necessitate quadam
 innotuit, mox aliis illustriori significatione per
 sese splendere cepit, ac demum indignatione
 commota in proximos graues offensiones cõ-
 citauit. animi nanque alacritati usque adeo cor-
 pus obediens erat, ut euentus rerum, actaq;
 prius, quàm consilia, & deliberationes eius au-
 direntur. Adolescens admodum L. Syllæ inimicitias ob affinitatem eius
 neglectam expertus fuga salutis consuluit, cumq; se ab iis, qui eum fugien-
 tem ceperant, pretio redemisset, statim incidit in piratas, à quibus de-
 mum pecunia liberatus, in eosdem conuersus omnes ad unum uictos in-
 terfecit, quemadmodum per iocum captiuus illis pauloante comminatus
 fuerat. Hactenus necessitate commota uirtus. Post Syllæ obitum ab amicis
 in patriam reuocatur, summis honoribus ornatur, Quæstor, Aedilis,
 Prætor in Hispanias, Pontifex, ac demum Consul creatur maxima elo-
 quentiæ, humanitatis, munificentia, fortitudinis suæ, ac etiam fortunæ
 admiratione. uicibus duabus & quinquaginta cum hostibus conflixit. ui-
 ctōres deuicit, uictoriæ omen non aliunde, quàm à uirtute petens, non
 parcus diuitiarum delictis parcebat, lingua præstans, & manibus. Gallias
 Romano imperio simul octingentis oppidis, ac tercentum populis sub-
 actis, adiunxit. quodq; mirum uideri potest, ipse idem, qui fecerat, ge-
 sta sua non minus breuiter, & eleganter, quàm uere, & probate scripsit.
 eius tandem uis multis elata uictoriis, repulsarum nescia, acerbis in Cn.
 Pōpēiū focerum odiis stimolata (ille enim competitor sanè molestus non
 ciuilitè cum eo de Consulatu contendebat) male animatum in patriam
 reddidit. Graues igitur inimicitias persequens in Pharsalia Cn. debellauit,
 & irrequieto uictoriæ cursu Aegypti regem Cleopatraz fratrem fugauit,
 foemina sola in regno relicta. Inde mira celeritate Pharnacem Mithridatis
 filium fregit, uictoriam tribus tantum uerbis amicis significans, ueni,
 uidi, uici. Triplex inde triumphus est subsequutus, mox, quia uno die
 Scipionem, Afranium, Iubamq; Regem præstantissimos belli duces
 in Lybia superauit, uno mense triumphis quatuor insignitus, uictor,

quansq; patriam reuisit . Quinta demum , ac postrema celebritate summo bonorum dolore spectata . nanque in Hispania, maxima Romanorū ciuium, & nobilium stragē, Pompeii liberos profligauit. in senatu paulo post Bruti, & Cassii, & eorum, à quibus minime oportebat, coniuratione oppressus, multis uulneribus confectus interiit . Diuinus certe uir, uel cœlo ipso præmonente, nisi tot uirtutes uitis aliquibus obscurasset, uel tot uictorias aduersariis, uel demum tot eius felicitates morte immixtas audissemus .

C. I. CAESAR.



E X

AERE

AT

C. I. CAESAR.



EX

ARGENTO

A. 11

C. I. CAESAR.





EX

ARGENTO

AS II

C. I. CAESAR



EX

AVRO

AAA

www.libtool.com.cn

THE LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF CHICAGO
1207 EAST 58TH STREET
CHICAGO, ILL. 60637
U.S.A.
TEL: (773) 936-3200
FAX: (773) 936-3200
WWW.LIBRARY.CHICAGO.EDU

OCTAVIVS

EXIMIA FVIT FORMA, ET PERVE-
NVSTA; VVLTV TRANQVILLO AC SE-
RENO, OCVLIS CLARIS ATQ; NITEN-
TIBVS. RAROS HABVIT, ET
EXIGVOS DENTES, SUPERCILIA
CONIVNCTA, CAPILLVM SVBELA-
VŪ, ET LEVITER INFLEXVM GERE-
BAT, NASVM ET A SVMMO EMINEN-
TIOREM, ET AB IMO DEDVCTIOREM,
COLORIS SVB AQVILI. POTVS, CIBI-
Q; PARCISSIMVS, IN CONVICTV FACILIS
ET BENIGNVS, CORPORISQVE VOLVPTA-
TIBVS PLVS SATIS DEDITVS.
REGNAVIT CVM ANTONIO XII;
SOLVS XLIII. ANNIS.



VEMADMODVM non habemus quem Iulio Cæsari rerum gestarum multitudine, & gloria facile præferamus: ita etiam alienæ nondum manifestæ uirtutis acrem æstimatorem, & quasi diuinatorem eum iudicare possumus, licet eo argumento, quòd Octauium nepotem, mox adoptione filium, regni, & nominis hæredem sibi elegerit. Is dum ætate, fortuna, opibus, & imperio crescit, maxima quoque uir-

tutum incrementa faciebat, nulli non gratus, non amabilis, non optatus, & cum nemo esset, qui Octauio minus optasset imperium, nemo quoque fuit, qui maiori tranquillitate imperium possideret, ut uere coniectari licuerit, eius tempore donatorem pacis, uerum orbis regem, clarum iustitiæ sydus oriri debuisse, ut tranquilla, & pacata omnia sub iustissimo, & æquissimo Imperatore inuenirentur. Dicerem de eius nobilitate, si me quicquam aliud, quàm uirtutis splendor commoueret. uirtutes ergo persequar. Augustus prius ille uocatus est, mox eius causa cæteri Imperatores. par enim erat, ut is nomen aliis relinqueret, qui recte regendi, ac imperandi normam reliquis præscripsisset. Bella detestabatur, uictorias tamen reportabat, ab honorum cupiditate alienus semper triumphabat. errores, & delicta militum potius, quàm iniurias uindicabat. sed hæc illi in progressu regni maxime placuere. nam initio suas esse partes uel senatu suadente iudicauit, Cæsaris mortem ulcisci, quare & Marcum Antoniũ, & fratrem eius, Brutum quoque, & Cassium, necnon Pompeii filium persequutus est. unde terra, mariq; uictoriæ compos imperii administratio- ni se dedit, obtruncatis multis coniurationum, tanquam hydræ capitibus. Octo & uiginti colonias in Italiam duxit, tot muneribus, & priuilegijs indemnitatibusq; concessis, ut se ciuibus Romanis pares iudicarent. Aegyptum in prouinciæ formam redegit. atque ita imperium auxit, ut Augusti nomen iure meritoq; illi debitum fuerit. Cantabros, Aquitanos, Rhætos, Vindelicos, & Dalmatas imperio subiecit. extremosq; orbis incolas sibi adiunxit. ab Indis, Scythiis, Garamantibus, & Aethiopi- bus data sunt ei munera, missæ legationes. Multa quoque & ipse dona- bar, plus uirtuti, quàm nobilitati concedens. Magnificis ædificiis, si quis

alius, urbem ornauit, omniaq; corporis, & animi pulchritudini suæ respondere uolebat. inde factum est, ut modo Augustus, interdum Romulus, sæpe patriæ pater, libertatis, & salutis author, & conseruator uocaretur. Quid amplius de optimo principe dicam, cui honores diuini Diis permittentibus concedebantur? adest enim ubique diuinitas, cuiq; se coli ab aliquo sentit, cum quoque in partem sui honoris uocare solet. Ter triumpho decoratus est. Dalmatæ terra uicti, Marcus Antonius nauali prælio superatus, & Alexandrina uictoria hos illi dedere. Ter quoque Iani fores clausit, ac mortales monuit, quantum momenti habeat ad innatam uirtutem disciplina, exemplumq; domesticum præstantissimi cuiusdam uiri, qualem fuisse Iulium Cæsarem ostendimus. Vixit annos sex, & septuaginta.





EX

AERE

BIII

D·OCT·AVGVST·





EX

AERE

311

D·OCT·AVGVST·







EX

AERE

B.V.



D·OCT·AVGVST·




EX

ARGENTO

EBI



OCT. AVGVST.






EX

ARGENTO

BBM





D·OCT·AVGVST·



EX

ARGENTO

S·V·I

D·OCT·AVGVST·




EX

ARGENTO

BENT



D·OCT· AVGVST·



EX

ARGENTO

BBVIT



EX

AVRO

8881

D. OCT. AVGVST.

3


SALVS
GENERIS
HVMANI

www.11111.com.cn

EX

AVRO

BBBII



AMPIO FVIT TIBERIVS,
AC ROBUSTO CORPORE PECTO
RE LATO, CAETERIS VERÒ MEM
BRIS A SVMMO VERTICE AD I
MOS VSQ; PEDES AEQVALIS,
ET CONGRVENS; COLORE CAN
DIDO, CAPILLO PROLIXIORE, AC
PRAEGRANDIBVS OCVLIS, QVIBVS
ETIAM VEL NOCTV FACILE CER
NERET, OBLIQVO INCEDEBAT CA
PITE, ET VVLTV CONTRACTIO
RE; IN SERMONE TARDVS, AC NAT
TVRA TACITVS, VIXIT LXXVIII
IMPERAVIT ANNIS XXIII.

T I B E R I V S.



TIBERIVS ob uirtutem, ac peritiam rei militaris cognomento Nero, quod Sabinorum lingua fortem, & robustum significat. Neroni quoque morum similitudine coniunctus fuit, feram, immanē, sordidamq; naturam in fine imperii ostendit. O mutabiles hominum uoluntates, o quā difficiles humanitatis progressus, quā timendum, quā sperandum est semper, quā exitus expectandi priusquam certentur de rebus iudicia. Modo enim Tiberius amicos colit, adulatorem odit, temperatos mores amplectitur, sed paulo post omni humanitate, & uirtute spoliatur. nunc in Deos pius, in homines beneficus, in omnes liberalis, sed postea pietatis contemptor, officiorum desertor cernitur. iam sponte illi sese donat senatus, mox eius morte magnopere latatur. Imitari potius, o Tiberi, Octauii probitatem, disciplinamq; debueras, quā sic perditum ire. neque tu ab eo longe aberas, cum priuignus, & gener, & demum adoptione illi filius esses. An non ad te iustitiæ, & sanctitatis odor uel à Hierosolymis illius peruenire poterat, qui salutis nostræ author erat, cuius te uelle sectatorem, & defensorem esse ostenderas? Quomodo propriam uirtutem deseruisti, cuius terminos ingens gloria tibi præscribere poterat. id sanè requirebat Claudiorum nobilitatis tuæ authores. Egregium sanè munus gentibus, ciuibus, urbi, & orbi concessisses, si te frangi conseruasses, considerassesq; quā magni, & quā pacati imperii hæres fuisses relictus. an non sentis te tandiu felicem, beatumq;, quamdiu probus, & uirtute ornatus, tam cito miserū, & infelicē, quā primum improbus es, & nequam? An non uides militiam torpescere, res omnes in peius labi, Parthos Armeniam, Dacos Mysiam, Sarmatas Pannoniā, uicinos Galliam deuastare? Tirannos sæue iam persequi religionem? Quid reliquum est, nisi ut ipse eorum facinorum æquus iudex, & uindex, non aliunde supplicium, & pœnas, quā à tua dextera, & proprio gladio exposcat?

www.libtool.com.cn

TIBERIVS CAES.




EX

AERE



TIBERIVS CAES.



EX

AERE

CHI

TIBERIVS GAES.






EX

ARGENTO

CCM

TIBERIVS CAES.



EX

AVRO

CCP



CAIVS STATVRA FVIT EMINENTI, CORPO-
RE ENORMI, PALLIDO COLORE, OCVLIS, ET
TEMPORIBVS CONCAVIS, AMPLA FRONTE, ET
TRVCVLENTA, CAPILLO RARO, AC CIRCAVERTI-
CEM NVLLO, HIRSVTVS CAETERA. VVLTV VERÒ
NATVRA FORMIDABILL, AC TETRO, ATQ; ETIAM
EX INDVSTRIA AD SAEVITIAM COMPOSITO, IN-
DECORAT ITEM CRVRVM GRACILITATE, NEC
NON INEIRMA VALETVDINE, NAM ET COMITIA-
LI MORBO VEXABATVR, ET EX SVBITA SAEPI-
VS DEFECTIÒNE IMMOBILIS IACEBAT. IN SOM-
NIA PRAETEREA MIRIS RERV IMAGINIBVS
PAVIDA MAXIMÈ INCITABATVR. VIXIT AN-
NIS XXXIX, IMPERAVIT TRIENNIO, ET MENS. X.
DIEBVSQ; OCTO.



V L T A sunt exempla rerum occultarum, earumq; quæ Deus providentiæ suæ reservavit, inter quæ ea sunt admiranda, cur ita fiat, ut ex probis, optimisq; parentibus mali, & improbi liberi nascantur, quemadmodum Germanico legimus contigisse, qui cum vitæ integritate, morum probitate, & amabilitate ita præstaret, miraq; esset dignitate corporis insignitus, ut omnes orbis imperium illi perpetuo deberi faterentur, C. tamen Caligulam genuit, deformem, odio dignum, perditum, ac pessimum hominem, usque adeo ut minora præcessoris vitia, quâvis maxima, videri fecerit. Sed excusabant nonnulli & corporis, & animi turpitudinem, dicentes id factum ueneficiis, & cantione Cæsoniæ uxoris. sed qui recte perpendant, quàm iuste illis irascatur Deus, qui se Deo pares putant, quiq; sibi diuinos honores exhiberi uolunt, nulla admiratione afficiuntur, cum & damna damnis, & delicta delictis accumulari quandoque uident. Quare cum se Caligula cunctis Diis æqualem putaret, iusto eius Dei, quem non nouerat, uel neglexerat, iudicio in omne uitiorum genus prorupit, & peruerso quodam animi sensu, auaritiam, perfidiam, luxuriam, atrocitatem pro uirtutibus sectabatur, tres sorores constuprauit, nullius sexus, ætatis, gradus rationem habuit, quicquid poterat expilabat, quos uolebat trucidabat, equites, senatores, amicos, inimicos pari crudelitate infestabat, dolens Rom. populo non unam esse cervicem, ut uno ictu facilius, & citius abscondi posset. conquerebatur terram non dehiscere, & humanum genus non absorbere: pestilentiam, & inedia uiuentes non absumere. Sed quis propterea aut hæc non fuisset, aut Deum non curasse dixerit? cum subsecuta, etsi non par delictis, maxima tamē fuerit ultoris Dei in impium Imperatorem uindicta, nam senatus iussione à propriis custodibus ter, & triginta uulneribus sublatus est, octo & uiginti annos nondum natus, tertio anno regni sui.

www.libtool.com.cn

C. CAESAR GAIUS



EX

AERE

DI

C. CAESAR GALIG.







EX

ARGENTO

DDT

C. CAESAR GALIG.



EX

AVRO

1000



CLAVDIO CVM SVMMA IN ASPECTV AVTO-
RITAS, TVM IN TOTO CORPORE VENERABI-
LIS FORMAE ADEVIT DIGNITAS. NAM ET PRO-
LIXO, NEC EXILI ERAT CORPORE, ET OPIMIS
CERVICIBVS. CAETERVM ET INGREDIENTEM
DESTITVEBANT POPLITES MINVS FIRMI, ET
VEL LEVISSIMVS ORIS MOTVS MVLTa IN
EO DEHONESTABANT, CAPITE ETIAM INCE-
DEBAT MAXIME TREMVLO, SOMNI BREVISSI-
MI, LIBIDINIS PROFVSISSIMAE, ALEAE DENTIQ-
STVDIOSISSIMVS FVIT. OBIT AETATIS
LXXIII. IMPERII VERO ANNO XIII.

T. CLAVDIVS.



CCASIO uirum ostendit. hanc ut casus sæpe, ac fortuna offerre, ita iudicium, & acris æstimatione mortalium captare solet. Expergitur etiam plerunque sopita uirtus, & quibusdam quasi stimulis acta, cum minus expectatur, apparet, quemadmodum in T. Claudio certo satis exemplo comprobatur. Is enim initio adolescentiæ uilis admodum, & rerum negligens cum iudicaretur, cumq; non esset,

qui ei tuto quicquam committere auderet, quia tamen aliquo sanguinis splendore suffultus erat, utpote Germanici frater, & Tiberii filius, ei multa uitia, quæ uirtutis quandam speciem habebant, uirtuti dabantur, & præcipue tarditas, & procrastinatio, maturitate, & prudentiæ tribuebatur. Quare à militibus Imperator declaratur, cuius dignitatis splendore tanquam cum sole experrectus, sensim ac leuiter accenso animo, magnam morum mutationem fecit. unde hæc illi adscripta laudi maximæ fuere, quòd iustitiæ seueritatem æquitate in iudicando leniret, uitæ necessitatibus prouideret, ædificiis urbem ornaret, constructo Hostiæ portu celeberrimo, amicos laute in conuiuio susciperet. non caruit tamen uitiiis, & magnis quidē, parricidiis imprimis: nam Pompeium, & L. Silanum generos interfecit, quinque, & triginta senatores, & tercetum equites de medio sustulit. & eius uxoris Messalinæ pessimo exemplo uirgines, & matronæ quamplurimæ corruptis moribus, & uitæ turpitudine dehonestatæ sunt, magna libertorum suorum peccandi licentia. Demum Agrippinæ fratris filiæ nupsit, & ueneno ab ea, quæ filiis imperium parare studebat, una cum priuignis necatus est.

www.libtool.com.cn

D. CLAVDIVS CAES.



EX

AERE

E.I.

DE CLAVDIVS CAES.



EX

AERE

E II


D. CLAVDIVS CAES.



EX.

ARGENTO

EE.T.



www.libtool.com.cn

THE LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF CHICAGO
1207 EAST 58TH STREET
CHICAGO, ILLINOIS 60637
U.S.A.
TEL: (773) 936 3700
FAX: (773) 936 3701
E-MAIL: lib@chicago.edu
WWW: www.lib.uchicago.edu



STATVRA FVIT
NERO CLAVDIVS MEDIOCRI, CORPORE FOE-
DO, ET LENTIGINOSO, VVLTV PVLCHRO MA-
GIS QVAM VENVSTO, OCVLIS CAERVLE-
IS, ^{ET} HEBETIORIBVS, PRAEPINGVI CER-
VICE, VENTRE PROMINENTIORE,
GRACILLIMIS CRVRIBVS, VALETV-
DINE PROSPERA, QVAMVIS LVXV-
RIAE ALIOQVI ESSET IMMODERATIS-
SIMAE. POSTQVAM IGITVR ANNOS RE-
GNASSET XIII. AETATIS IAM SVAE AGENS
TRIGESIMVM ET SECVNDVM MISERABI-
LITER INTERIIT.





OMITIVS Nero, à quo quisque impius & sceleratus cognomen sumpsit, cum Caligula patruo magna morum similitudine coniunctus fuit, præterquam primo quinquennio, quod in prouerbiū abiit, usque adeo per id tempus & probus & temperatus princeps habitus est. sed effrenis postea, & dissolutus in omne uitiorum genus delapsus, parricidiis, rapinis, stupris uitam coinquinauit, senatores, amicos, fratrem, genitricem, præceptorem, & seipsum denique interfecit. Effera uoluptate, à se incensam urbem conflagrare ab alto spectabat. quæ omnia subsecuta sunt magna imperii, & dignitatis detrimenta. Armeniam Parthi, Romanis sub iugo missis, recuperarunt: & Britannia amissa, ac imperiū manibus successorum, Augusti, & Liuiæ abreptum est. Nec fas est mālare scriptis, quæ ipse in se pertulit, nec immanem eius feritatem propalare. Renocat enim matris honos, reclamatione pudor uirilī, dolet læsa humanitas. quid mirum? nam turbata pax, religionis capita obtruncata, Dei cultus neglectus, iura omnia uiolata, odium senatus, amicorum, hominū, Deiq; in ipsum concitauere, ut merito seipsum non amaret, qui omniū odio esset: quare factum est, ut conuerso in se gladio, magna omnium æticia, è medio propriis manibus tolleretur.

www.libtool.com.cn


NERO CLAVD.



EX

AERE


E.I.



EX

AERE

F. 11.



NERO CLAVD





EX

AERE

FMI

NERO CLAVD.





EX

ARGENTO

FFI

NERO CLAYD.



SERVICES CALL

THESE SERVICES ARE AVAILABLE TO ALL

MEMBERS OF THE LIBRARY AND ARE

AVAILABLE TO ALL MEMBERS OF THE

LIBRARY AND ARE AVAILABLE TO ALL

MEMBERS OF THE LIBRARY AND ARE

AVAILABLE TO ALL MEMBERS OF THE

LIBRARY AND ARE AVAILABLE TO ALL

MEMBERS OF THE LIBRARY AND ARE

AVAILABLE TO ALL MEMBERS OF THE

LIBRARY AND ARE AVAILABLE TO ALL

MEMBERS OF THE LIBRARY AND ARE

AVAILABLE TO ALL MEMBERS OF THE

LIBRARY AND ARE AVAILABLE TO ALL

MEMBERS OF THE LIBRARY AND ARE

AVAILABLE TO ALL MEMBERS OF THE

LIBRARY AND ARE AVAILABLE TO ALL



SERGIUS GALBA
IVSTAE FVIT PROCERITATIS, CAPITE
CALVO, OCVLIS CAESIIS, ADVNCO NA-
SŌ, MANIBVS, PEDIBVSQVE ARTICVLA-
RI MORBO MIRVM IN MODVM DISTOR-
TIS. CARO EIVS IN DEXTERIORE LA-
TERE ADEO EXCREVERAT, PROPENDE-
BATQVE, VT AEGRE FASCIA SVBSTR-
INGERETVR. COITVS ETIAM MVLIE-
BRIS IN PRIMIS NEGLIGENS, AC CIBI
FVIT PLVRIMI. PERIIT TERTIO ET
SEPTVAGESIMO AETATIS ANNO, IMPE-
RII MENSE SEPTIMO.



ERVIVS Galba nobilitate Sulpitiorum insignis, in re militari præclarus, in administratione civili prudens, in Hispania à militibus Imperator declaratus est, seueras militiæ leges tulit frugil princeps initio uisus est, sed postea declarauit, quàm periculosum sit principes alienis omnino innitit cõsiliis. nam se ita trium libidini totum dedit, ut non unus, sed plures, qui deliberarent, uideretur. modo enim T. Iunio, sordis-

simmo homini, modo Cornelio Laconi, insolentissimo scurræ, modo scello ignobilissimo liberto, sese tradebat, ut nil esset inconstantius, & mirabilius, quàm eius consilia, & decreta. O miseros principes, quibus adsunt huiusmodi cõsultores: ò afflictos populos, quibus præsumt huiusmodi principes. cum igitur alienos errores proprios sibi fecisset, pœnarum quoque particeps effectus est. eo enim militum plausu, quo imperium assequutus est, in odium cõuerso, occiditur in foro, Syluio Othone suadente. amputatum, & uenditum caput, successori imperium, & necem reliquit.

www.libtool.com.cn

SERG. CALBA



EX

AERE

G.L.




EX

AERE

GL

SERVO GALBA






EX

ARGENTO

CC-1

SERG. GALBA



EX

AVRO

GG

www.libtool.com.cn



FVISSE TRADITVR OTHO
ET MODICAE STATURAE ET INFIRMIS
PEDIBVS, CALVITII DEFORMITATEM
GALERICVLO CAPITI ADAPTATO RI-
TE VELABAT. MVNDITIAE VERO PE-
NÈ MVLIBRI PLVS SATIS INDVLGÈS,
NAM ET FACIEM QVOTIDIE RASI-
TARE, AC PANE MADIDO ILLINERE
CONSVEVIT. VVLTV ETIAM NON
ABSIMILIS TIBERIO PRINCIPI FVIT.
ANNO AETATIS XXXVIII. NEC DVM
PERACTO DIEM OBIIT CVM REGNAS-
SET .V. SVpra .LXXXX. DIES.






THO Syluius, breuitate imperii uix agnitus Imperator, quarto regni mense seipsum uita priuauit. nobilis tamen fuit, utpote qui ab antiquis Syluiis Ferētinis originem duxit. Seuerus item rerum administrator, & iudex, & sententiarū suarū immutabilis executor. Meruit propterea, decernente senatu, in monte Palatino ut sibi insolita honoris significatione statua statueretur, ornataq; oratione à Claudio publice laudaretur,

quia aduersus eum conspirantem quendam equitem Rom. deprehēderat, & manifestum fecerat. hic uellem considerari, quā incertā uia, quā dubii sint hominum exitus: nam primis annis nemo fuit. Othone rerum profusior, in contumelias magis pronus, Neroni ob similitudinem morum grator, proprii quoque patris iudicio detestabilior: sed postquā imperii clauum tenere cōepit, nemo Othone munificentior, nemo militibus faciliior, nemo concordiae studiosus magis habitus est. Regnum certe praecessoris morte obtinuerat, sed Imperator factus omnia ex senatus, uoluntate facere decreuerat. Cæterum usque adeo bellum odisse cōepit, ut cum Vitellium in Germania bellum, quod prius inauspicatum gesserat, parare iterum cerneret, & propterea cædes ciuium utrinque maximas imminere, sponte sibi, certoq; animi consilio necem intulerit, se indignum esse clamans, ut eius causa ciuile bellum denuo instrueretur. Multi dolore mortis illius lachrimis confecti, multi quoque seipsos interfecerunt.

www.libtool.com.cn

OTHO SILVIUS




EX

ARGENTO

MM

QTHO SILVIVS



www.123.com.cn

EX

AVRO

HHH

www.libtool.com.cn



VITELLIO

VASTA ERAT ET IMMODICA CORPORIS
PROCERITAS, VENTER PROIECTVS, FACIES
EX VIOLENTIA PLERVMQ; RV
BICVNDATA, AD SAEVITIAM VERÒ A
DEO PROCLIVIS, VT PASCERE SE OC
LOS DICERET, QVOTIES SE CORAM
QVIS IVGVLARETVR, SIQVIDEM NON
NISI VILISSIMI CVTVSQ; FAMILIARITA
TE VTEBATVR. ANNO VITAE SEPTI
MO ET QVINQVAGESIMO, OCTAVO
IMPERII MENSE IGNOMINIOSISSIME
PERIIT.




ERMITTIT sæpe Deus ad summū imperii gradum peruenire nonnullos, ut diuina iustitia tanquam ab edito loco lōge ab hominibus prospici possit. Vitellius sanguinis splendore illustis, auaritia, crudelitate, & turpitudine uitæ obscurus, cum doctrina, & eloquentia peruersitatem animi coniunxit, & non impiger Neronis imitator, omnia iura diuina, & humana peruerit. Amicos cædibus, templa incendiis,

urbem uastitate afflixit. & in tantum omni genere uitiorum coinquinatus est, ut non homo nequam, non tyrannus immitis, sed fera bellua, & atrox factus sit. Sed ecce lento gradu diuina procedens ira, depressum in urbe, ex Germania redeuntem, quoniam à suis nullitibus Imperator electus erat, Vespasiani militibus antesignanis tanquam uile mancipium illudendum, & lacerandum tradit, & ut meritis suorum scelerum poenas det, ortusq; sui portentis finem non alienum faciat, multis plagis exanimatus in Tiberim proiicitur.

www.libtool.com.cn

AVL. VITELLIVS



EX

AERE

11

AVL·VIT·ELLEVS





EX

AERE

LM

AVL·VITELLIVS




www.bibtool.com.cn



EX

ARGENTO

117





VESPASIANVS

STATVRA FVIT QVADRATA, SOLIDIS,
COMPACTISQVÈ MEMBRIS, VVLTV IN-
FLATIORE, VALETVDINE VSVS EST PROS-
PERRIMA, HILARIS FERÈ SEMPER, ET DI-
CACITATIS PLVRIMAE, COMIS ETIAM, AC
BENIGNVS, ET SVpra QVAM DICI POS-
SIT OMNIBVS ORDINIBVS GRATVS.
EXTINCTVS EST ANNOS NATVS LXVIII;
SVpra MENSEM ET DIES VII. IMPERII
SVI ANNO NONO.



EDATIS demum fluctibus, ac tempestate iam commutata uisum est Deo, ut reip. nauis tanquam ex alto in portum inueheretur, cum Vespasianum post Othonē Syluium propria uirtute ad summum imperium euectum, concederet, cuius exemplo moneri possumus, quā recte imperare ualeat, qui prius bene parere sciuerit. quid enim rei, quid negotii, quid curæ illi fuit unquam commissum, quin summo stu-

dio, & diligentia cuncta perfecit? In Germania, & in Anglia cum esset gubernator, terdecies cum hoste confligit, duasq; nationes ferocissimas sub iugauit, urbibus uiginti, & Vecte insula imperio adiunctis. Africanas inde res administrauit, dux demum in Iudæa fuit. Achaiam, Lyciā, Rhodum, Byzantiumq; in prouinciæ formā redegit. Hæc foris. at domi publice, priuatimq; urbem ædificiis plurimis, & magnificentissimis auxit, & ornauit, litteratos, & industrios quosque amplectebatur, inra summa æquitate, ordineq; dicebat, beneficiis ciuium animos obligabat, iniuriarum immemor, aduersus obloquentes festiuus, ac perinde peritus medicus afflictæ reip. uulneribus medebatur. Denique cum Tito filio de Iudæis gloriosissime triumphauit, quamminimū honoris cupidus: uix enim passus est extremo uitæ tempore se patrem patriæ nominari. non iacens, sed erectus, licet debilis, & imbecillus, animam exhalauit, hoc decere Imperatorem asseuerans, & quasi diuinans liberis imperium prænu-
tiauuit.

www.libtool.com.cn

D. VESPASIANVS AVG.





EX

AERE

K.I.

D·VESPASIANVS AVG.





EX

AERE

ET

D·VESPASIANVS AVG·








EX

AERE

K·III

D·VESPASIANVS AVG·



EX

AERE

RM

D. VESPASIANVS AVG.



EX

ARGENTO

KK. I.

D. VESPASIANVS AVG.



EX

ARGENTO

KK-II

D. VESPASIANVS AVG.





EX

ARGENTO

KK-III

D. VESPASIANVS AVG.



EX

ARGENTO

EX

D. VESPASIANVS AVG.



EX

AVRO

KKK.L



QV ANQVAM STATVRA
TITVS ESSËT NON ITA PROCERA,
ET VENTRE PAVLO PROMINENTIO-
RE, FORMA TAMEN ERAT EGREGIA
ET PERVENVSTA; ROBVS TVS IN
PRIMIS, ET AD LABORES APTVS,
MEMORIAE SINGVLARIS, NEC NON
MIRAE AD QVASVIS ARTES DOCI-
LITATIS; LATINAE, GRAECAEQVË LIN-
GVAE PERITISSIMVS. EXCESSIT AN-
NO AETATIS XLII. CVM SVPR A BI-
ENNIVM, MENSES DVOS REGNAS-
SET. DIESQVË VIGINTI.



VAEDAM tanquam uitiorum nubecula,
antequam Titus imperium assequeretur, lōge
uifa multos timore affecit, ne urbs iterum in pri
stinas calamitates, ueluti tempestates incideret.
sed omnis metus, perspecta et probata princi
pis morum humanitate, ac uitæ integritate in læ
titiam conuersus est: breuiq; factum est, ut hu
mani generis deliciæ uocaretur. tot enim iustitiæ
temperantiæ, uirtutis, & prudentiæ signa præ

buit illustris ille princeps, ut uere Dei munere afflictis rebus concessus iu
dicari potuerit, quia Dei summi offensionum uindex anno imperii secun
do perfidas Hierosolymas inaudito diuinæ ultionis spectaculo demolitus
est. inde triumphum, & lauream summo omnium studio deportauit.
cumq; honorifice, & præclare inulta gessisset, paternæ uirtutis comes etiā
in morte fuit.

www.libtool.com.cn

D. TITVS VESP.




EX

AERE

L.I.

D. TITVS VESP.




EX

AERE

121

D. TITVS VESP.





EX

AERE

L. III

D. TITVS. VESP.



EX

AERE

LXX

D. TITVS VESP.




EX

ARGENTO

LL. I.

D. TITVS VESP.




EX

ARGENTO

LIB.

D. TITVS VESP.





DOMITIANVS


PROCERITATIS FUIT LAUDABILIS,
VULTU MODESTO, RVBORISQVE
PLENO, OCVLIS PRAEGRANDIBVS
VERVM ACIE HEBETIORE, CALVVS
POSTEA, AC VENTRIS OBESITATE,
ET GRACILITATE CRVRVM DEFOR-
MIS, LABORIS OMNIS IMPATIENTIS-
SIMVS. OCCISVS EST AETATIS
QUADRAGESIMO QVINTO, IM-
PERII VERO ANNO DECIMO QVINTO.





VM semper durum admodum, est naturæ im-
 petus, & rerum appetitus non detegere, tum
 maxime difficillimum id est, cum quis rerum
 potitus, quam laxissimas habenas habet, quas
 uel adducere, uel remittere possit, cum uelit.
 quare fieri potuit, ut Vespasiani filius Domi-
 tianus frugi, & liberalis initio regni fuerit, sed
 postea, ubi se dominum senserit, uirtutes primū
 uitiiis permisceret, mox destitutus libidini, & im-
 probitati se penitus daret, cum præsertim impurus, ac crudelis adolescēs,
 uisus sit. Imperator igitur iam confirmatus sex, & triginta è nobilioribus
 sustulit, affines interfecit, Dei cultum sibi uendicauit intolerabili arrogan-
 tia. Cæterum & bella gessit, & triumphos deportauit, lauream de Sar-
 matis folium, sed triumphum de Dacis, & Catis, quāuis in illis expeditio-
 nibus multa pertulit aduersa. Domi quoque ornamenta non defecere. nā
 capitolium refarciuit, odeum forum, & is iam porticum, serapium quoq;,
 & stadium ædificauit. Sed quo plura ædificia construebat, eo plures ho-
 mines destruerebat. quare factum est, ut suis deliciis paternorum meritorū
 memoriam obliterauerit, ac penitus perosus coniuratione multorum in-
 terierit, mo numentis, clypeis, imaginibus, decretis, titulis eius senatus
 iussione ubique locorum sublatis.

www.libtool.com.cn




EX

AERE

M.I.

DOMITIANVS IMP.



EX

AERE

M. II

DOMITIANVS IMP.




EX

AERE

MIII

DOMITIANVS, IMP.




EX

AERE

M-MI

DOMITIANVS IMP.





EX

AERE

M-V

DOMITIANVS IMP.



EX

ARGENTO

MM

DOMITIANVS IMP.




EX

ARGENTO

MM. II

DOMITIANVS IMP.






EX

ARGENTO

MMIII

DOMITIANVS IMP.



EX

AVRO

MMI

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

SPECIAL

88-B
1502-1

CJ
1001
V63
1554

C.I

UNIVERSITY OF
LIBRARY

www.libtool.com.cn

